



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

VIII. Diploma Arnulphi Jmperatoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Diploma Arnulphi Imperatoris.

N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis , Arnulphus diuina fauente clementia Imperator Augustus.

A Regalem condecet dignitatem, ut facta fidelium suorum, quæ communī ipsorum congruunt vtilitati, & piè eis cōsolendo prospiciat, & in posterum mansura grata ter corroboret. Inde omnium Christianæ religionis fidelium instantis temporis ac futuri agnatum esse volumus notitiae: qualiter Tuto honorabilis Radesponensis Ecclesiz Præfus, & commissi gregis nomine ac merito tutissimus prouisor, & feminā quædam N. quandam complacitationis inter se, more populari perpetrata chartam nostris præsentatū obtutibus supplicantes nostri editi tenore eam consolidari; quod ita fieri decreuimus. Iussimus igitur hoc præsens muniminis nostri præceptum inde fieri; per quod decernimus, atque omnino præcipimus, ut huiusmodi complacitationis confirmatio à nullo vnquam successore nostro violetur, sed in Christino nomine usque in finem consolidetur, manu nostra subtus eam gaborantes, annulo nostro iussimus insigniri.

IX.

Diploma.

N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Karolus gratia Dei Rex.

K Si petitionibus fidelium nostrorum, maximè Domini Sacerdotum, præcipue in his, quæ Ecclesiasticis vtilitatibus possunt præbere consultum, benignum commodamus assensum, nobis id ad æternæ remunerationis credimus prouenire augmentum. Proinde nouerit omnium fidelium Dei ac nostrorum, præsentium scilicet & futurorum industria: quia vir venerabilis Hincmarus Remensis Urbis Archiepiscopus obtulit Serenitatis nostræ obtutibus præceptum